

097.

SCHEMATISMUS
CLERI
DIOECESIS SEBENICENSIS
PRO ANNO DOMINI MDCCCXCIII



SEBENICI
TYPIS CURIAE EPISCOPALIS.

SCHEMATISMUS

CLERI

DIOCESIS SEBENICENSIS

PRO ANNO DOMINI MDCCXCIII




SEBENICI

TYPI CURIAE EPISCOPALIS

GRADSKA BIBLIOTEKA,
JURAJ ŠTEGORIĆ
ŠIBENIK
NAUČNI ODSJEK

p. 1952/68

SCHEMATISMUS
CLERI
DIOECESIS SEBENICENSIS
PRO ANNO DOMINI MDCCCXCIII



SEBENICI
TYPIS CURIÆ EPISCOPALIS.

TITULARIS
ECCLESIAE CATHEDRALIS
S. JACOBUS MAJ. APOSTOLUS
ab institutione Sedis Episcopalis, anno 1298.

PATRONUS PRINCIPALIS TOTIUS DIOECESIS
S. MICHAEL ARCHANGELUS
A primis temporibus aerae christianae
Cujus protectioni
Antiquissimum Castrum Sebenicense commissum fuit.

PATRONUS AEQUE PRINCIPALIS
S. CHRISTOPHORUS MARTYR
Cujus pes in Cathed. Eccl. asservatur ab anno 1484.

PATRONUS TOTIUS DALMATIAE
S. HIERONYMUS PRESBYTER
ECCLESIAE DOCTOR MAXIMUS.

B. NICOLAUS TAVILEUS
MARTYR ORDINIS S. FRANCISCI
CIVIS SEBENICENSIS
Cujus Cultus confirmatus fuit a S. Sede anno 1889.

A. M. D. G.

LEONE XIII. P. M.

ECCLESIAM CATHOLICAM

GUBERNANTE

ANNO EJUS XVI.

GREGORIO RAIČEVIĆ

ARCHIEPISCOPO JADRENSE

METROPOLITA

TOTIUS DALMATIAE

DIOECESIS SEBENICENSIS

quae antiquis temporibus Dioecesi Traguriensi erat subjecta a Papa *Bonifacio VIII* per Bullam de die 1 Maji 1298 in Episcopatum fuit erecta. Die vero 29 Julii 1875, reccurrente festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, consecrata fuit *SS. Cordi Jesu*.

* * *

Nova perinsignis Cathedralis Ecclesia, quae, sicut et antiqua, adest sub invocatione *S. Jacobi Majoris Apostoli*, ab anno 1431 usque ad 1555 aedificabatur, et die 28 Aprilis ejusdem anni, fuit ab Episcopo Seben. *Joanne Lucio-Staphileo* consecrata.

* * *


Ab anno 1850 usque ad 1860 a Gubernio Austriaco restaurata, in festo SS. Trinitatis, die 3 Junii ejusdem anni fuit reconciliata ab Illustrissimo et Excellentissimo D. D. *Petro Domnio Maupas*, tunc Sebenicensi Episcopo, cum ingenti pompa et laetitia.

* * *

Cura vero Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi *Antonii Josephi Fosco*, die 5 Maji 1884, Basilicae Liberianae Romae *Sanctae Mariae Majoris*, ubi die 7 Maji 1876 fuit consecratus, aggregata fuit.

* * *

Huic Dioecexae adnexae fuere: 1. tota Dioecesis Thiniensis anno 1688, tempore expulsionis Turcarum, quae instituta fuit anno 1050. — 2. Vigore Bullae *Leonis XII*, *Locum B. Petri* de die 30 Junii 1828, et realiter per Decretum Ordinarii Seben. de die 30 Aprilis 1830, tota Dioecesis Scardonensis, quae existebat ante annum 530. — Et 3. vigore ejusdem Bullae, adnexa fuit maxima pars Dioecesis Traguriensis: i. e. omnes Paraeciae, quae estant in montanis localitatibus, quae slavico nomine *Zagorje* audiunt.



SERIES CHRONOLOGICA

ANTISTITUM ECCLESIAM

QUIBUS NUNC CONSTAT

DIOECESIS SEBENICENSIS

Quae ab initio subjecta erat Traguriensi Dioecesi.

I. ECCLESIA SEBENICENSIS

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
	1274	1287	Paulus Eritius Ven. electus.
	1287	1297	Leonardus Phaletus Ven. electus.
1	1298	1319	Fr. Martinus Arbensis Ord. Min. Conventus S. Francisci Seben.
2	1320	1340	Chrysogonus Fanfogna Nob. Jadren.
3	1340	1343	Tolonus de Tolono Sebenicensis.
4	1344	—	Martinus Abbas Benedictinor. Mo- nasterii Jadrensis.
5	1344	1357	Bonifacius Ravenatensis, translatus ab Eccl. Trebignensi.
6	1358	1388	Matthaeus Cernotta Nob. Arbensis.
7	1389	1394	Antonius I Barbadicus Nob. Venet.
8	1395	1402	Antonius II de Ponte Venet.
9	1402	1437	Bogdanus Pulšić Sebenicensis.
10	1437	1453	Fr. Giorgius Sigoreus Sebenicensis Ord. Praedicat.
11	1454	1468	Urbanus Vignaicus Venetus.
12	1468	1491	Lucas I de Tolentis Nob. Corcyrens.
13	1491	1495	Franciscus Quirinus Nob. Venet.
14	1495	1512	Bartholomaeus Boninus Venetus.
15	1512	1528	Joannes I Staphileus Nob. Tragur.
16	1528	1557	Joannes II Lucio-Staphilaeus Nob. Traguriensis.
17	1557	1573	Hieronymus Saorgnianus Nob. Forij.

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
18	1573	1589	Fr. Lucas II de Spingarolis Jadrens. Ord. Praed.
19	1589	1597	Vincentius Bassus Cremonensis.
20	1599	1626	Fr. Vincentius II Arrigoni Erixien. Ord. Praed.
21	1627	1628	Joannes Paulus Savio Venetus.
22	1628	1634	Joannes Thomas Mallonius Vicen.
23	1635	1653	Aloysius Marcellus Nob. Venetus.
24	1654	1676	Natalis Carideus Venetus.
25	1676	1722	Joannes Dominicus Callegari Ven.
26	1724	1756	Fr. Carolus Antonius Donadoni Ven. Ord. Minor. Conv. S. Francisci.
27	1756	1759	Joannes III Calebotta Tragurien.
28	1759	1762	Hieronymus Blasius Bonacich Bra- chiensis a Milà.
		—	Joannes III Petani Canon. Jadrens. e colonia Albanen. Jad. electus.
29	1767	1783	Nicolaus Diphnicus Nob. Seben.
	1783	—	Lelius Cippico Nob. Tragur. elect.
30	1784	1795	Venantius Felix Scotti Spalatensis.
31	1796	1807	Michael Matthaens Spalatin Arben.
32	1827	1838	Philippus Dominicus Bordini Scard.
33	1839	1844	Aloysius Maria Pmi Sebenicensis.
34	1846	1855	Joannes IV. Bercich Jadrensis.
35	1855	1862	Petrus Domnius Maupas Spalaten. trans. ad Eccl. Metrop. Jadrens.
36	1863	1872	Joannes V. Zaffron Nigro-Corcyen. transl. ad Eccl. Rachusiam.
37	1876		ANTONIUS JOSEPH FOSCO Seb.

II. ECCLESIA THINNIENSIS (KNIN).
 EPISCOPATUM
 THINNIENSEM FUNDAVIT CRESCIMIRUS IV.
 CROATIAE REX ANNO 1050.

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
1	1050	1058	Marcus I.
2	1059	1069	Rainerius.
3	1069	1074	Anastasius I.
4	1074	1082	Gregorius.
5	1082	1100	Petrus I.
6	1101	1140	Anastasius II.
7	1140	1162	V.
8	1163	1176	Deda.
9	1177	1191	Flasconus.
10	1192	1199	Georgius I.
11	1201	1250	Mikusus.
12	1251	1272	Wladislaus I.
13	1272	1274	Nicolaus I.
14	1274	1290	Yula Nicolaus.
15	1290	1300	Petrus II. Boncherius Ord. Praed.
16	1300	1322	Leonardus Spalatensis.
17	1322	1330	Nicolaus II. Benedictinus.
18	1330	1334	Archangelus.
19	1334	1337	Joannes a Genev. Ord. Praed.
20	1337	1344	Thomas.
21	1344	1348	Nicolaus III.
22	1348	1349	Dionysius.
23	1350	1357	Blasius I.
24	1358	1365	Joannes II.
25	1366	1372	Nicolaus IV.
26	1372	1390	Paulus I.
27	1393	1412	Wladislaus II.
28	1418	1428	Fr. Nicolaus V. Ord. Min. S. Francisci.
29	1428	1442	Joannes III. Croatus.
30	1442	1446	Demetrius.
31	1446	1462	Fr. Franciscus I. Speravić O. d. Min. S. Francisci.

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
32	1462	1468	Marcus II.
33	1469	1490	Nicolaus VI.
34	1491	1492	Nicolaus VII.
35	1492	1520	Britius.
36	1525	1539	Fr. Franciscus II. Ord. M. S. Fran. 1)
37	1539	1550	Andreas I.
38	1550	1554	Mathias Saberminus Croatus.
39	1554	1556	Paulus II. de Hutnya Croatus.
40	1558	1561	Joannes IV. Sentivanich de Vyllak.
41	1562	1571	Andreas II. Duditio Sbardellato. Hung., fuit ad Synod. Trident.
42	1571	1573	Stephanus Fejerkovy Hung.
43	1573	1578	Zacharias Mosoć Hungar.
44	1584	—	Petrus III. Heresinzi Croatus.
45	1589	1600	Joannes V. Cserody Hungar.
46	1600	1608	Mathias II. Drasković Segnien.
47	1608	1610	Gregorius II. Mattisio.
48	1610	1634	Paulus III. David.
49	1634	1648	Joannes VI. Juvanez.
50	1648	1667	Joannes VII. Bealović.
51	1668	1687	Fr. Christophorus de Rochas Spinola Ord. Min. Obs. Hyspan.
52	1687	1688	Alexander Mikulić 2)

1) *Tempore quo Turcae Thinnio potiti sunt, Episcopi Thinnienses veniam a S. Sede impetrarunt alio se trasferre.*

2) *Ultimus hic fuit Thinnien. Episcopus cum jurisdictione. — Hungar. Reges nunc quoque titulum Episc. Thinn. conferunt. — Anno 1688, Urbe Thinn. ab exercitu Veneto ex Turcarum servitute erepta, Sedes Episcopalis Thinn. perpetuo adiecta fuit Dioecesi Sebenicensi.*

III. ECCLESIA SCARDONENSIS

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
	530	—	Constantinus 1)
	877	N. N. 2)
1	1126	1160	N. N. 3)
2	1160	1178	Lampridius.
3	1178	1199	Michael, qui interfuit Con. Lat. III.
4	1200	1228	Bartolomaeus I. Jadrensis.
5	1228	1240	Nicolaus I. Spalatensis.
6	1240	1247	Bartholomaeus II. Spalatensis.
7	1248	1270	Fr. Joannes I. Hung. Ord. Praed.
8	1270	1279	Andreas Jadertinus Ord. Praed.
9	1280	1283	Galvanus Ord. Praed.
10	1285	1299	Nicolaus II.
11	1300	1314	Damianus.
12	1315	1319	Fr. Nicolaus III. Ord. Min. S. Franc.
13	1319	1322	Paulinus Drašković.
14	1325	1356	Andreas Masculo Hungar.
15	1356	1360	Michael II.
16	1360	1363	Guilelmus Ord. Praed.
17	1363	1393	Michael III.
18	1393	1410	Franciscus.
19	1410	1417	Petrus, vel Petramustus Ord. M. S. F.
20	1417	Fr. Nicolaus IV. Spal. Ord. M. S. F.
21	1418	1420	Fr. Petrus Ord. Min. Conv. S. Fran.
22	1426	1428	Fr. Nicolaus V. Spal. Ord. M. S. F.
23	1428	1431	Fr. Joannes II. Arix. Ord. Erem. S. Aug.
24	1431	1443	Jacobus Martinusius, Croat., de Mugla.
25	1444	1460	Felix.
26	1460	1463	Jacobus Bragadin Venetus.
27	1463	1479	Fr. Alexander Rachusin. Ord. M. S. F.
28	1479	1490	Fr. Petrus de Marchia Or. M. S. Fran.
29	1491	1502	Archangelus Varicasis Jadert.
30	1502	1519	Nicolaus VI. Martinusius Croatus.
31	1519	1524	Thomas I. de Nigris Spalat. 4)
32	1524	1549	Joannes III. Rosa Jadert.
33	1583	1613	Fr. Andreas Cernota.
34	1613	1625	Fr. Antonius I. Ord. Min.
35	1625	1633	Fr. Thomas Ivković Ord. Min.

Dominum
Turcarum

Num.	Ab Anno	Ad Annum	Episcopi
36	1640	1664	Fr. Paulus Posilović Ord. Min. Observ. Dominum Turcarum
37	1700	1713	Gregorius Civaelli Jadert. 5)
38	1714	1716	Joannes Vidovič, trasl. ad Eccl. Tragur. die 30 Martii 1716.
39	1716	1720	Matthaeus Giovanizio Spalatensis.
40	1729	1732	Nicolaus VIII Tommaseo Brach.
41	1733	1753	Fr. Vincentius Bragadinus Venet. Ord. Min. Capuccin.
42	1754	1759	Antonius Bečić Buduens.
43	1760	1766	Dominicus Pasqualigo Venet.
44	1766	1799	Stephanus Ant. Trevisan Venet.
45	1803	1813	Joannes Domin. Altei Jadert. 6)

1) *Interfuit I. Concilio Povienciali.*

2) *In Concilio Povienciali Dalmatiae anni 877, inter civitates sede Episcop. insignitas, Scardonae, mentio fit.*

3) *Belgrado anno 1126 funditus eversa, Sedes Episcopalis Scardonam translata fuit. Ignotum est nomen Episcopi qui a Belgrado Scardonam migravit; ab eo vero incipit series Episcoporum Scardonensium.*

4) *Tempore hujus Episcopi, idest 1523, Scurdona capta a Turcar. copiis, Episc. Scardon. alibi morari cogebantur.*

5) *Iste fuit primus Episcopus electus a Senatu Veneto, postquam Turcae a Scardona discederunt.*

6) *Clauditur hic series Episcop. Scardon. Anno 1830 haec Dioecesis Eccl. Sebenicensi in perpetuum aggregata fuit.*

ORDINARIUS
ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS
DOMINUS DOMINUS
ANTONIUS JOSEPH FOSCO

Praelatus Domesticus Sanctitatis Suae, Solio Pontificio Assistens,
 Commenda cum Stella Ordinis Francisci Josephi I. donatus
 Instituti Publicae Beneficentiae Praeses.

Accademiarum Philosophico-Medicae S. Thomae Aquinatis et Arcadiae
 nec non Societatis Advocatorum S. Petri Romae institutarum Socius
 etc. etc. etc.

Natus Sebenici die 19 Martii 1826; ab Episcopo Joanne Berčić die 29 Julii 1849 Sacerdos ordinatus; primum Immaculatum Sacrificium obtulit Deo die 5 Augusti ejusdem anni sacro B. Mariæ Virg. ad Nives; ad Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ Sebenic. anno 1866 promotus; Sebenic. Episcopus ab Augustissimo Imperatore ac Rege Apost. Francisco Josepho I. die 19 Augusti 1875 renuntiatus, et a SS. DD. Pio Papa IX in Concistorio die 7 April. 1876, memoria Septem Dolorum B. M. V. recurrente, praeconizatus, in Basilica S. Mariae Majoris de Urbe in festo Patrocinii S. Joseph, 7 Maji, per Eminentiss. Domin. Antonium de Luca S. R. E. Cardinalem, titul. SS. Quatuor Coronat. de speciali mandato Summi Pontif., assistentibus Ill. mis ac R. mis DD. Felice Maria de Nechere Archiep. Militinen. et Francisco Folcardi E. po Amaten. plenitudine Sacerdotii, augusto Consecrationis ritu insignitus, die tandem 28 ejusdem mensis et anni Dioecesis Sebenicensis solemnem possessionem addiit.

VENERABILE CAPITULUM ECCLESIAE CATHEDRALIS

Dignitates :

Præpositus: Rev.mus D. ALOYSIUS MARICICH, Provicarius, Consiliarius Episcopalis, Examinator Prosynod. Præses Judiciæ Ecclesiastici Dioecesis, nec non Fabricæ Eccl. Cathed. — Electus a Summo Pontefice die 13 Sept. 1887.

Decanus: Rev.mus D. JOSEPH BIONI, Consiliarius Episcopalis, Examinator Prosynodalis. — Electus die 26 Apr. 1891.

Canonici Præbendati :

Rev.mus D. Antonius Martinović, Senior, Consiliarius Episcop. Examinator Prosynodalis et Fabricæ Cathed. Membrum, nec non Consiliarius Judiciæ Dioecesis. — Electus die 28 Jan. 1878.

Rev.mus D. Joannes Vidović, Theologalis, Consiliarius Episcop., Examinator Prosynod. Membrum Fabricæ Cathedralis, Defensor Matrimonii in Judiciæ Ecclesiastico Dioeces. — Electus die 20 Jan. 1878.

Rev.mus D. Seraphinus Belamarić, Poenitentiarius, Examinator et Consiliarius Ep. Membrum Fab. Eccl. Cath. et Rector Eccl. S. Nicolai. — Electus die 22 Febr. 1888.

Rev.mus D. Joannes Baptista Sigoreo, Consiliarius Ep. Parochus Dec. Urbanus, Vice-Præses. Fabr. Eccl. Cathedralis, Examinator Prosynodalis. — Electus die 1 Oct. 1891.

Canonici Honorarii:

- Rev. mus D. *Joannes Mazzoleni*, Pensione donatus, Consiliarius Episcop. ad honorem. — Electus die 20 Jan. 1877.
- Rev. mus D. *Vincentius Scarpa*, Archipresbyter Abbas mitratus, Parochus Decanus Ecclesiae Scardonensis, Consiliarius Epis. ad honorem. — Electus ut supra.
- Rev. mus D. *Matthaeus Mialić*, Parochus emeritus, Consiliarius Episcop. ad honorem. — Electus ut supra.
- Rev. mus D. *Gregorius Mircovich*, Consiliarius Episcop. ad honor. Vicarius Chor. et Coop. Par. Urb. Actuarius Curiae et Coeremoniarius Ill. mi D. Episcopi necnon Eccl. S. Barbarae Rector et Fabricae Eccl. Cath. Membrum. — Electus die 22 Febr. 1888.
- Rev. mus D. *Nicolaus Zurić*, Parochus Vice-Decanus Vodizzarum Consiliarius Epis. ad honorem. — Electus die 1 Oct. 1891.
- Rev. mus D. *Joseph Delfin*, Parochus Zlarinensis, Consiliarius Epis. ad honorem. — Electus die 1 Oct. 1891.

Vicarii Chorales:

- Rev. mus D. *Gregorius Mircovich*, qui supra, Rect. Eccl. S. Barbarae.
- R. D. *Christophorus Bukić*, Coop. Paroch. Urb., Rector Eccl. Vallis Viridis.
- R. D. *Gregorius Tamboča*, Coop. Paroch. Urb., Rector Eccl. SS. Trinitatis, Cancellista Curiae Epis. Revisor rationum Ecclesiarum Dioeceseos. Capellanus Nosocomii.
- R. D. *Vincentius Karadjole*, Coop. Par. Urb., Rector Eccl. S. Spiritus et Catheta scholarum civicum et popularium Civitatis.

Coeremoniarum Magistri:

- Rev. mus D. *Gregorius Mircovich*, Coeremonista Ill. mi ac Rev. mi D. Episcopi,
- R. D. *Christophorus Bukić*, Coeremonista venerabilis Capituli et insimul Vice-Coeremonista D. Episcopi.

a. — CONSISTORIUM EPISCOPALE.

Praeses :

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus

ORDINARIUS.

Consiliiarii :

Reverendissimus	D. <i>Aloysius Maricich</i>	qui supra
"	D. <i>Joseph Bioni</i>	" "
"	D. <i>Antonius Martinović</i>	" "
"	D. <i>Joannes Vidović</i>	" "
"	D. <i>Scraphinus Belamarić</i>	" "
"	D. <i>Joannes Baptista Sisgoreo</i>	" "

Consiliiarii ad honorem :

Reverendissimus	D. <i>Joannes Mazzoleni</i>	qui supra
"	D. <i>Vincentius Scarpa</i>	" "
"	D. <i>Matthaeus Mialć</i>	" "
"	D. <i>Gregorius Mircovich</i>	" "
"	D. <i>Nicolaus Zuric</i>	" "
"	D. <i>Joseph Delfin</i>	" "
Adm. Rev.	P. <i>Jordanus Zaninović</i>	Prior Prov. Ord. Prædic.
"	"	P. <i>Coelestinus Fattuta</i> Minister Provincialis Conventualium.
"	"	P. <i>Joannes Šimunović</i> ex Min. Provincialis Provinciae Franciscanae SS. Redemptoris.
"	"	P. <i>Magis. Pacificus Rabuini</i> ex Minister Provincialis Ordinis Minor. Conventualium.
"	"	P. <i>Joseph Cecchini</i> Prior Conventus S. Dominici Sebenici.
"	"	P. <i>Daniel Gjirlic</i> Guard. Cony. Min. Obs. Sancti Laurentii Sebenici.

d. — JUDICIUM PRO CAUSIS

ECCLESIASTICIS

in 3.tia Instantia.

Judex ab Apostolica Sede Delegatus

Celsissimus, Excellentissimus ac R. mus D. D.

PRINCEPS ARCHIEPISCOPUS GORITIENSIS.

e. — EXAMINATORES PROSYNODALES

electi de consensu Capituli:

Reverendissimus	D.	<i>Aloysius Maricich</i>
"	D.	<i>Joseph Bioni</i>
"	D.	<i>Antonius Martinović</i>
"	D.	<i>Joannes Vidović</i>
"	D.	<i>Seraphinus Belamarić</i>
"	D.	<i>Joannes Baptista Sisgorco</i>
Adm. Rev.	P.	<i>Joannes Šimunović</i>
"	"	<i>Joseph Cecchini</i>
"	"	<i>Costantinus Krelja</i>
"	"	<i>Matthaeus Kardun</i>
"	"	<i>Daniel Klarić</i>
"	"	<i>Joannes Barbić.</i>

f. — CURIA EPISCOPALIS:

Adm. Rev. P. *Joannes Šimunović* Secretarius ac Cancellarius necnon Officialis ad omnia Brevia et Pontificia Rescripta exequenda, quae ad dispensationem a Matrimonii impedimentis referuntur.

Rev. mus D. *Gregorius Mircovich* Actuarius, etc. ut supra.

Rev. D. *Gregorius Tambača* Cancellista et Revisor ration. Eccl. Dioec.

Matthaeus Nikčić
Antonius Scalabrin

Cursores

b. — JUDICIUM ECCLESIASTICUM

quoad omnes causas ecclesiasticas Dioecesis.

Praeses :

Reverendissimus D. *Aloysius Maricich* Praepositus.

Consilarii :

Reverendissimus D. *Antonius Martinović* Vice-Praeses.

Adm. Rev. P. *Joseph Cecchini* Ord. Praedic.

„ D. *Vincentius Karadjole* Cathedeta Scolarum.

Procurator Fiscalis :

Adm. Rev. P. *Joannes Šimunović* Ord. Min. Obs.

Defensor Matrimonii :

Reverendissimus D. *Joannes Vidović* Canonicus.

Actuarius :

Rev. D. *Gregorius Tambača* Capellanus Nosocomii.

* * *

c. — JUDICIUM PRO CAUSIS

ECCLESIASTICIS

in 2.da Instantia.

Excellentissimum ac Reverendissimum

FORUM METROPOLITANUM.

TYPOGRAPHIA CURIALIS:

Operarius: *Joannes Sfraglinatz*

Tiro: *Aloysius Brazzetti*

„ *Aloysius Sfraglinatz*

g. — CONSILIUM FABRICAE

ECCLESIAE CATHEDRALIS

Praeses:

Reverendissimus D. *Aloysius Maricich* Praepositus Capitularis.

Administratores:

Rev.mus D. *Joannes Bap. Sosgoreo* Par. Urb. Vice-Praeses

„ D. *Antonius Martinović* Canonicus

„ D. *Seraphinus Belamarić* Canonicus Poenit.

„ D. *Gregorius Mircovich* Can. Honor.

D. *Jacobus Dr Pini*

D. *Antonius Puuri* Thesaurarius.

PROSPECTUS

COENOBIORUM TOTIUS DIOECESIS.

I.

COENOBIIUM

SACRI ORDINIS PRAEDICATORUM.

Prior Provincialis

Adm. Rev. P. Jordanus Zaninović *residens Spalati.*

SEBENICI

Ad Ecclesiam S. P. Dominici.

Coenobium una cum Ecclesia fuit aedificatum anno 1346 —

Die 20 Julii 1876 Eccl. fuit consecrata.

Adm. R. P. Prior. *Joseph Cecchini* Conc. Praed. Generalis.

R. mus P. *Sebastianus Pallavicino* Sacrae Theol. Magister,
Conf. Montal. S. Benedicti, Consultor Sac. Congr.
Indul. et Sac. Reliq. jam Inquisitor generalis ur-
bium Firmi, Pisauri et Faentiae.

R. P. *Methodius Mirić*

II.

COENOBIIUM

FF. MINORUM S. P. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

Minister Provincialis:

Adm. R. P. Mag. Coelestinus Fattuta *residens Crepsae.*

SEBENICI

Ad Ecclesiam S. P. Francisci.

Conventus anno 1221 in Suburbio Terrae erectus, ann. 1319 ob
bellum dirutus, anno sequenti in civitate fuit restitutus.
Eccl. constructa ann. 1383, fuit restaurata ann. 1880.

Adm. R. P. *Antonius Malabotić* Guardianus. Conf. et III.
Ord. saecul. Direct.

R. P. *Bonaventura Krstulović* Conf. Defin. tempor. Con-
vent. Procur. et Expens.

R. P. *Bonaventura Sarić* Conf.

Fr. *Angelus Patrignani* Laic. Prof.

Fr. *Franciscus Buničić* " "

III.

COENOBIIUM

FF. MINORUM S. P. FRANCISCI DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE SS. REDEMPTORIS

Minister Provincialis:

Adm. R. P. Marcus Ivandić *residens Macarschae.*

A. — SEBENICI

Ad Eccl. S. Laurentii Martyris.

Coenobium una cum Ecclesia fuit aedificatum anno 1654.

R. P. *Daniel Gjirlić* Guardianus, Conf. et Ex Dif. Consil. Epis. ad honorem.

Adm. R. P. *Joannes Šimunović* Lect. Jub. ex Prov. Consil. Epis. ad honor. Exam. Prosyn. Procurator fiscalis Judicii Dioecesis. Secr. et Cancellar. Episcopalis.

R. P. *Constantinus Krelja* Lect. Theol. et Exam. Prosyn.

R. P. *Matthaeus Kardun* Lect. Theol. et Exam. Prosyn.

R. P. *Rochus Barić* Conf.

R. P. *Antonius Penić* Conf. et Mag. Clericorum.

Clerici Professi Theologi.

I. Cursus.

Fr. *Venceslaus Bilušić*
 " *Carolus Heterović*
 " *Aloysius Jurenović*
 " *Ivonus Mendjušić*
 " *Elias Šarić*
 " *Augustinus Škomrlj*
 " *Casimirus Tomašović*
 " *Spiridion Veža.*

II. Cursus.

Fr. *Joannes Bralić*
 " *Angelus Čale*
 " *Franciscus Mišica*
 " *Antonius Perković*
 " *Antonius Cikojević*

COENOBIIUM

FF. MINORUM S. P. FRANCISCI DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE SS. REDEMPTORIS.

B. — *IN SCOPULO VISOVATII.*

Ad Eccl. B. M. V. Matris Gratiarum

quae consecrata fuit die 16 Junii anno 1880.

Coenobium fuit erectum an. 1445, et reaedificatum ann. 1676.

R. P. *Antonius Mlinar* Guardianus et Conf.R. P. *Daniel Klarić* Novit. Moder. Exam. Prosyn. Vicarius.R. P. *Andreas Dizdar* Conf.R. P. *Franciscus Uzum* Conf.

Clerici Novitii

Fr. *Leonardus Agjija*" *Anselmus Kević*" *Dominicus Labor*Fr. *Benedictus Olojić*" *Coclestinus Pelajić*" *Pacificus Vukša*Fr. *Laurentius Žižić* Laic. Prof.

COENOBIIUM

FF. MINORUM S. P. FRANCISCI DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE SS. REDEMPTORIS.

C. — *THINNII — KNIN.*

Ad Eccl. S. Antonii Pat. Confes.

Erectum fuit anno 1689. (V. Paroeciam.)

R. P. *Vladislaus Radnić* Guardianus et Conf.Adm. R. P. *Puschalis Paić* Lect. Jub. Conf.R. P. *Joannes Barbić* Exam. Prosyn. Parochus Decanus.R. P. *Aloysius Murun* Conf.R. P. *Petrus Kragić* Conf.Fr. *Joseph Babić* Laicus Profess.

VI.

COENOBIIUM

FF. MM. S. P. FRANCISCI DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE S. HIERONYMI DOCTORIS.

Minister Provincialis:Adm. R. P. *Seraphinus Ivasović* *residens Jaderae.**IN INSULA CRAPPANO*

Ad Eccl. Inventionis S. Crucis.

Coenobium cum Ecclesia aedificabatur an. 1420-1440.

R. P. *Lucianus Letić* Guardianus et Parochus.R. P. *Grisogonus Karavanić* Vicar. et Conf. ex Defn.R. P. *Alphonsus M.a Persić* Conf.Fr. *Franciscus Degrassi* Laic. Prof.

VII.

COENOBIIUM

FF. TERTII ORDINIS REGULARIS S. P. FRANCISCI

Minister Provincialis:Adm. R. P. *Hyacinthus Buić* *residens Jaderae.**IN INSULA PROVICHII-LUKA*

Ad Eccl. B. M. V. Grattiarum.

Erectum anno 1461, et parocchia ab anno 1602.

Adm. R. P. *Coclestinus Buić* Guardianus et Parochus.R. P. *Vincentius Mletić* Conf.Fr. *Joannes Lučev* Laicus Prof.

COENOBIIUM

SANCTIMONIALIUM ORDINIS S. P. BENEDICTI AB.

SEBENICI.

Erectum ann. 1639 a *Nic. Burogna*. — Eccl. antiquit. *SS. Vito, Modesto et Luciae* dicata, consec. fuit die 13 Dec. 1639.

Ad Ecol. S. Luciae V. M.

Superiorissa :

Rev.ma Mater *Aloysia Gojanović* Magistra dirigens Scolarum.

- R. M. *Theresia M.a Chirighin* Priora.
 " " *Rosa M.a Ljubić* Cellis et Infirm. addicta.
 " " *Ida M.a Zafranović* Sacr. Janitr. et Cantinaria.
 " " *Coelestina M.a Pravdica* Novitiar. Magistra.
 " " *Michaela M.a Sorlini* Magistra Schol.
 Soror *Scholastica M.a Carnelli* Novitia.
 " *Maura M.a Mandić* Conversa.
 " *Placida M.a Marčić* "
Santina Dorbić Probanda.

Confessarius: Rev.mus P. *Sebastianus Pallavicino* qui supra.
 Capellanus providetur a Patribus Conventus S. Laurentii.

SEBENICUM.

PROSPECTUS PAROCHiarUM CIVITATIS.

Lat. **Sebenicum** et **Sicum** ant. **Tahariona** (Castrum ad mare),
Slavice **Šibenik**.

Sebenicensis Civitas divisa est in tres Paroecias, nempe:

- I Urbana ab an. 1298 usque ad 1564, et iterum ab an. 1854.
- II Suburbii Maris ab an. 1424.
- III Suburbii Terrae ab an. 1640.

I. DECANATUS SEBENICENSIS.

PAROCHIA DECANALIS URBANA

*quae habet sub sua jurisdictione duos Vice-Decanatus
octo Paroecias et duas Exposituras.*

Ad Ecclesiam Cathedralem S. Jacobi Ap.

Antiquitus una tantum Paroecia erat in civitate, sed anno 1564 Episcopus *Hieronymus Savorgnianus* divisit urbem in septem Paroecias, quas 1 Julii ann. 1854 Epus *Joannes Berčić* suppressit, et denuo unam tantum instituit apud Cathed. cui adnexae sunt Eccl. olim parochiales: scil. *S. Gregorii*, *S. Chrisogoni* et *Omnium Sanctorum*; et aliae quatuor, nempe *S. Mariae Novae*, *SS. Trinitatis*, *S. Spiritus* et *S. Barbarae*, quae cum proprium habent Rectorem inferius distincto loco adnotantur.

In Off. par. extant Libri Canon. ab an. 1581.

Paroecia urbana habet Animas 3800

PAROCHUS DECANUS CIVITATIS:

Rev.mus D. **Joannes Bap. Sisgoreo** qui supra.

Cooperatores Parochiales:

Rev.mus D.	<i>Gregorius Mircovich</i>	qui supra
R.dus	<i>D. Chrystophorus Bukić</i>	" "
"	<i>D. Gregorius Tambača</i>	" "
"	<i>D. Vincentius Karadjole</i>	" "

RECTORATUS ECCLESIARUM

quibus in Urbana Puroecia adnexae sunt

Confraternitates:

1. Ecclesia Sanctae Barbarae V. M. olim S. Benedicti Ab.

Aedificari incepta ann. circ. 1400 completa fuit ab Ambrosio Michete ann. 1447. Habet Confraternitatem sub titulo *S. Barbarae V. M.* ab ann. 1588.

Rector: R. mus D. *Gregorius Mircovich* Can. Honor. Vic. Chor. et Coop. Par. Urb.

2. Ecclesia Sanctae Mariae Novae

sub invocatione Purificationis B. Mariae V.

Aedificabatur ab ann. 1490. Ann. 1611 ab Epo *Vincentio Arrigonio* die 23 Apr. 1619 fuit consecrata. Habet Confraternitatem, quæ ab ann. 1208 existebat in Eccl. M. V. de Castro et adhuc ab illo tempore *Vallis-Viridis* vocatur.

Rector: R. D. *Christophorus Bukić* Vic. Chor. et Coop. Par. Urb.

3. Ecclesia SS. Trinitatis et S. Joannis Baptistae.

Vetus Eccl. aedificata fuit ann. 1361; actualis vero reaedificata anno 1485 fuit consecrata die 12 Nov. 1531. Confraternitas quæ ab ann. 1400 existebat in Eccl. S. Joannis extra civit. in monte, ann. 1446 in hanc Eccl. translata fuit.

Rector: R. mus D. *Antonius Martinović* Canonicus.

4. Ecclesia S. Spiritus.

Extitit ante ann. 1200; restaurata vero ann. 1878 ab actuali Epo *Antonio Joseph Fosco* die 16 Augusti 1879 fuit consecrata. Habet Confraternitatem ab ann. 1022.

Rector: R. D. *Vincentius Karadjole* Vic. Chor. Coop. Par. Urban.

Ecclesia S. Nicolai Epis. Confessoris
cum Confraternitate ejusdem tituli
 Mercatorum et Nautarum.

Anno 1890 avulsa fuit a Paroecia Suburbii Maris et adnexa Paroeciae Urbanac. Ecclesia fuit extracta ante annum 1400.

Rector: R. mus D. *Seraphinus Belamarić* Canonicus.

6. Ecclesia SS. Chrysogoni Mart. et Antonii Ab.
quae aedificata fuit circ. ann. 1200.

Habet ab anno 1888 Congregationem Pompejanam sub titulo SS. mi Rosarii B. Mariae V.

Director: R. mus D. *Antonius Martinović* Canonicus.

7. Ecclesia Coemeterialis de Castro Veteri
 sub invocatione

Maternitatis B. M. V. et Sanctae Annae.

Ecclesia haec quae olim successit alteri antiquiori in antiquissimo Castro, ab ann. 1830 dedicata fuit *Stae Annae Matri B. V.* et apud illam ab eodem anno adest publicum Coemeterium.

Fuit consecrata ab Epis. A. J. Fosco die 19 Augusti 1860.

Rector: R. mus D. *Joannes Bap. Sisgoreo* Can. Par.

8. NOSOCOMIUM

cum Sacello domestico sub titulo

S. JOSEPH SPONSI B. MARIÆ V.

Capellanus constitutus fuit anno 1883 jurisdictione quasi parochiali, cum jure Regesta parochialia tenendi.

Capellanus: R. D. *Gregorius Tambača.*

PAROCHIAE SUBURBANAE

in Suburbiis Sebenici.

1. PAROCHIA ARCHIPRESBYTERALIS VICE-DECANALIS
SUBURBII MARIS slav. DOLAC

sub invocatione

SANCTAE CRUCIS

ob adventum *Ss. Crucifixi* circ. ann. 1402-20.Parochia ab ann. 1424. Vetus Eccl. B. Mariæ V. die 19 Oct. 1421 ab E.po *Bogdano Pulsich* consecrata fuit.Amplificata ann. 1608: in meliorem formam ann. 1866 sub regimine R.mi Parochi Canon. *Antonii Fosco* nunc Epis. fuit redacta. Habet lib. canon. ab ann. 1686. — Confraternitas sub titulo *S. Marci Evang.* extat in hac Eccl. ab ann. 1270. — In Suburbio adest:Ecclesia *Corporis Christi* quae extitit jam ann. 1300.Parochus: Adm. R. D. *Gregorius Locica-Murini* Archipres. Vice-Dec. aurea cruce cum corona donatus.

Dom. Anim. D. K.

In matre.	1160	
In filial. <i>Srima</i> ubi Eccl. Beneficialis Assumpt. <i>B. Mariæ V.</i> quae ab anno 1298 usque ad 1570 erat Paroecia.	26	3.7
„ <i>Vranik</i>	12	5.55
	<hr/>	
	1198	

2. PAROCHIA DECANALIS

SUBURBII TERRAE slav. VAROŠ

sub invocatione

NATIVITATIS B. MARÆ V.

Erecta ann. 1604 ab E.po *Vincentio Arrigoni*. Ecclesia paroch. antiquit. sub invocat. *SS. Cosmæ et Damiani*, nunc *Natro. B. Mariæ V.* die 22 Maji 1740 consecrata fuit ab Episcopo *Carolo*

Antonio Donadoni. — Confraternitas sub titulo *Nativ. B. Mariae V.* extat ab ann. 1452. — Paroecia fuit adnexa Mensae Conv. S. Laurentii Seben. ann. 1668. Extat. in Suburb. Cap. S. *Martini* Ep. constructa ann. 1402, et in agro dist. ab Eccl. Matre Kil. 4 Capellae *B. Mariae V.* et *S. Margaritae V. M.*; in Campo vero Inf. Eccl. Benef. Coeremonistae, *S. Giorgio M.* dicata — Habet Libros Canon. ab ann. 1624.

Parochus: Adm. R. P. *Antonius Bilonić* Decanus.

Cooperator: R. P. *Franciscus Tomić.*

Dom. Anim. D. K

In <i>Suburbio Terrae (antiquit. Hortis.)</i> . . .	500	2578	
<i>Cernica</i> quae ab ann. 1610 usque ad ann. 1649 fuit Paroecia sub invocat. S. <i>Eliae</i> cum Eccl. nunc diruta. Extant Capellae <i>S. Dominicae</i> vel <i>Inm. Concep. B. Mariae V.</i> , <i>S. Elisabeth</i> et <i>S. Viti M.</i>	83	570	0.92
<i>Pomišalj</i> quae ab an. 1470 ad 1570 fuit Paroecia cum <i>Bilice</i> , ubi Eccl. <i>B. M. V. in Coelum Ass.</i> restaurata ann. 1879 et benedicta ab act. Epo <i>Ant. Jos. Fosco</i> ; nec non Capella sub titulo <i>Auxilium Christ.</i> in localitate <i>Jerkulovac</i> , restaur. ann. 1869. . .	80	424	5.—
<i>Dubrava</i> ubi Eccl. <i>S. Michael. Archang.</i> in summitate dicta <i>Vršine</i> montis <i>Pisak.</i> . .	85	484	5.—
	<u>748</u>	<u>4056</u>	

Sacerdotes dioecesani alibi commorantes.

- R. mus D. *Joseph Raimondi* Can. Eccl. *Traguriensis.*
 R. D. *Franciscus Lapenna* paroch. emeritus in Dioec. *Goritiensi.*
 R. D. *Vincentius Puljas* pens. donatus in Dioec. *Spalat.*
 R. D. *Dominicus Katalinić* Prof. in *Gynnasio Spalat.*
 R. D. *Stephanus Jurišić Žarković* in Dioec. *Spalat.*
 R. D. *Franciscus Miličević* in Dioec. *Mostarensi.*
 R. D. *Niclaus Mekinić* in Dioec. *Jadrensi.*
 R. D. *Lucas Bavčević* pens. donatus in Dioec. *Spalat.*
 R. D. *Georgius Urlić Ivanović* " "

Clerici dioeciesani studiis operam dantes.

Theologi.

Čorić Marcus in Seminario Centrali Jadrensi	IV.	Curs.
Jelić Matthaeus	"	II. "
Biažić Joannes	"	II. "
Tabulov Trutta Nicolaus	"	II. "

* * *

Gymnasistae.

Raffaelli Aegmidius in Gim. Spal.	VII.	Class.
Markov Nicolaus in Semin. Jader.	III.	"
Ivon Christophorus alumnus in Semin. Spal.	III.	"
Jurin Hieronymus in Semin. Jader.	III.	"
Scalabrin Antonius alumnus in Semin. Spal.	II.	"
Veljača Joannes in Sem. Jader.	II.	"

CONGREGATIONES MULIERUM

SEBENICI EXISTENTES

sub jurisdictione Episcopi.

CONGREGATIO TERTIARIARUM S. DOMINICI

ab anno 1400.

Priorissa: Soror <i>Stanislaa Pauk</i>		Soror: <i>Rosa Jurić</i>
" <i>Maria Pauk</i>		" <i>Aloysiu Erga</i>
" <i>Mugd. Škomerlj</i>		Novitiae <i>Bonaventura Pauk</i>
" <i>Angela Škomerlj</i>		" <i>Agnes Perica.</i>
Confessarius: R.mus D. <i>Antonius Martinović</i>		Canonicus.

CONGREGATIO TERTIARIARUM S. FRANCISCI

ab anno 1679.

Superior. <i>Gabriela Konjevca.</i>	Soror: <i>Francisca Galic</i>
Soror <i>Maria Marian</i>	" <i>Veronica Svetina</i>
" <i>Elisabeth Radeljak</i>	" <i>Catharina Pauk</i>
" <i>Clara Galic</i>	" <i>Aloysia Skomrlj.</i>
" <i>Andreana Poljak</i>	

Confessarius: R. P. *Matthaeus Kardun* Lect. Min. Obs.

CONGREGATIO SORORUM A CHARITATE S. VINCENTII A PAULA

in Nosocomio ab anno 1883.


Admodum Reverenda Mater *Hilaria Kolar*

Sorores: Numerus 27.

Confessarius: R. D. *Gregorius Tumbača* Capellanus.
Conf. extraord. Adm. R. P. *Joannes Šimunović* Min. Obs.

PAROCHIAE FORANAE

sub jurisdictione I. Decanatus urbani apud Cathedralē.



PAROCHIA ZLARINENSIS slav. ZLARIN

sub invocatione B. M. V. in Coelum Assumptae.

Erecta ann. 1460 lib. coll. Eccl. actualis paroch. aedificata ann. 1740, die 14 Julii 1748 consecrata fuit ab Episcopo *Carolo Antonio Donadoni*. — Extant in Zlarin insula duae filial. Eccl. nempe Nativitatis B. M. V. et S. Simonis. Libri Canonici sunt ab ann. 1603.

Parochus: Rmus D. *Joseph Delfin* Canonicus ad honorem.

Cooperator: (*vacat*).

Localitates in Insula:	Dom.	Anim.	D. K.
" <i>Zlarin</i>	268	1934	
" <i>Ostrica</i>	19	100	
" <i>Borovica</i>	11	64	1.50
" <i>Polje</i>	3	17	
" <i>Klapavica</i>	5	38	
" <i>Srima</i>	3	11	3
In rure Zablače in opposito litore ubi Ecclesia S. Joannis Bapt.	49	368	4.62
	<u>358</u>	<u>2532</u>	

PAROCHIA INSULAE AZURIORUM

ZURI slav. ŽIRI

sub invocatione B. M. V. in Coelum Assumptae.

Antiquitus in hac insula extabat Coenobium PP. Benedictinorum. Ann. 1460 erecta ab Epis. *Urbano Vignaco*, lib. coll. ac cum Eccl. par. non consecrata. Habet libr. canon. ab ann. 1719.

Parochus: R. D. *Vincentius Sabioni*.

Dom. Anim.

70 474

EXPOSITURA CAPRIENSIS slav. KAPRIJE

sub invocatione SS. Apost. Petri et Pauli.

Epis. *Joannes Lucio-Staphileo* die 4 Febr. 1557 concessit facultatem Fratribus III Ord. S. Francisci administrandi Sacramenta incolis hujus ruris. Ann. 1861 fuit erecta in Exposituram liber. coll. et ab hoc ann. habet proprias matrices.

Capellanus Expositus: R. D. *Hieronimus Vuičić*.

Dom. Anim.

52 340



PAROCHIAE FORANAE

sub jurisdictione I. Vice-Decanatus Urbani

PAROECIAE ARCHIPRESBYTERALIS

SUBURBII MARIS

erecti anno 1877 ab Ill. mo R. mo D. D. ANTONIO J. FOSCO.

(v. p. 26).

* * *
PAROCHIA ZATONENSIS slav. ZATON

sub invocatione S. Georgii Mart.

Lib. Coll. ann. 1533 instituta, cum Eccl. paroc. eodem ann. consecrata. Habet lib. canon. ab ann. 1812.

Parochus: R. D. *Vincentius Georgius Scarpa.*

Dom. Anim.

113 775

CAPELLANIA EXPOSITA RASLINENSIS

slav. RASLINE

sub invocatione S. Michaelis Archangeli.

In institutione Dioeces. erat Parochia usque ad ann. 1533, nunc in Capellaniam Expositam redacta est. Apud domum extat Capella sub invoc. *B. M. V. de Salute* expensis incolarum fabricata ann. 1885.Capellanus Expositus: R. D. *Hieronymus Gjik.* Dom. Anim.
45 316

PAROCHIAE FORANAE

sub jurisdictione II. Vice-Decanatus Urbani

PAROCHIA VICE-DECANALIS VODIZZARUM slav. VODICE

sub invocatione Inventionis S. Crucis.

Lib. Coll. extabat ante ann. 1484. — Eccl. reaedificata ann. 1746 ab

Episc. *Hier. Blasio Bonacié* die 26 Maji 1760 consecrata fuit. Habet libr. canon. ab ann. 1711. — Extat filial. Eccl. sub titulo Inven. S. Crucis.

Parochus Vice-Decanus: Rev.mus D. *Nicolaus Zurić* Canonicus ad honorem.

Cooperator: (<i>vacat</i>).	Dom.	Anim.	D. K.
In matre <i>Vodizze</i>	354	2174	
In filial. <i>Verbice</i>	11	60	4.62
” <i>Pišće</i> ubi Cap. S. Eliae	5	19	6.
” <i>Okit</i> ubi Eccl. B. M. V. de Carm.	24	118	6.67
” <i>Rakitnice</i> ubi Eccl. S. Joannis Bapt. quae ab ann. 1520 usque ad 1570 erat paroecia.	4	27	6.62
	<hr/>	<hr/>	
	398	2398	

CAPELLANIA EXPOSITA TRIBUNIENSIS

slav. TRIBUNJ

olim *Jurjev-Grad*

sub invocatione Assumptionis B. M. V.

In institutione Dioecesis ann. 1298 adnexa Juigensi paroeciae, anno 1460 fuit erecta in paroeciam. Vetus Eccl. S. Nicolai in monte ann. 1452 a Simone Siggoreo et a Confr. S. Mariae de Jurjev-grad aedificata, ab Epis. Georgio Siggoreo fuit consecrata. — Nova Eccl. aedificata ann. 1883, in Dominica Quinquagesimae, 24 Febr. 1884, ab Epis. *Antonio Josepho Fosco* fuit solemniter benedicta. In Hortis vero extat Eccl. *Visitationis B. Mariae V.* — Habet Libr. Canon. ab anno 1710.

Capellanus: R. D. *Joannes Begotti*.

	Dom.	Anim.	D. K.
In matre <i>Tribunj</i>	74	413	
In <i>Campo</i>	23	138	
In <i>Sovlje</i> (porto Cain)	6	34	1.34
	<hr/>	<hr/>	
	103	585	

PAROCHIA LUCENSIS slav. LUKA

in Insula Provichii

sub invocatione B. Mariae V. Gratiarum.

Erecta in Parochiam ab Epis. *Vinc. Arrigonio* ann. 1557, est adnexa Mensae Conventus FF. III. Ord. S. Francisci. Adest filialis Eccl. sub invoc. SS. *Nominis B. Mariae V. (V. Coenobium.)*
Parochus: Adm. R. P. *Coelestinus Buić.* Dom. 168 Anim. 1072.

PAROCHIA SEPURINENSIS slav. ŠEPURINA

in Insula Provichii

sub invocatione Assumptionis B. Mariae V.

Erecta fuit Exposituram ann. 1830 die 9 Decem. et avulsa a Par. Luka ab Epis. *Maupas* die 12 Decemb. ann. 1859. Nova Eccl. fuit benedicta ab Epis. *A. J. Fosco* die 2 Julii ann. 1878. Habet veterem Ecclesiam sub titulo *Inventionis S. Crucis et S. Helene Vid.* et in Coemet. Capellam *S. Rochi Conf.* — Libri Canon. incipiunt ab ann. 1858.

Administrator: R. D. <i>Antonius Suria.</i>	Dom.	Anim.	D. K.
In matre <i>Sepurina</i>	190	1378	
In filiali <i>Srima</i>	20	118	2.—
	210	1496	
Num. totalis Animar. I. Decanatus	14984		

PAROCHIAE FORANEAE

sub jurisdictione II. Decanatus Urbani

PAROECIAE DECANALIS SUBURBII TERRAE
SEBENICENSIS slav. VAROŠ

(v. p. 26.)

quae habet sub sua jurisdictione septem Paroecias.

PAROCHIA COGLIEVRATENSIS

slav. KONJEVRATE

sub invocatione S. Joannis Baptistae.

Ab ann. 1298 usque ad 1570 extabat Parochia de *Coglievrate* cum Eccl. S. *Georgii Mart.*, nunc *Konjevrat.* — Eversa tempore Turcarum, adnexa fuit Paroc. Suburb. Terrae Seb. Anno vero 1861 a quo habet libr. canon., iterum ab Epis. *Muupas* fuit erecta in Paroeciam et adnexa mensae Conv. S. Laurent. Sebenici.

Parochus: R. P. *Hieronimus Runjić.*

	Dom.	Anim.	D. K.
In matre <i>Koljevrat</i>	28	184	2
In filial. <i>Brnjica</i>	27	110	5
" <i>Goriš</i>	31	160	3
" <i>Radonić</i>	20	164	4
" <i>Čerljevo</i>	26	149	6
" <i>Gradina</i>	33	261	5
" <i>Lozovače</i>	62	370	7
	<hr/>		
	227	1398	

PAROCHIA MAGDALINENSIS slav. MANDALINA

sub invocatione S. Nicolai Episcopi.

Extabat ann. 1544, et denuo anno 1678 fuit erecta in Paroeciam ab Epis. *Callegari* et adnexa mensae Conv. S. Laurentii Seben. Habet libr. canon: ab institutione. — Extat in coemet. Eccl. Benefic. S. *Petri Ap.*

Administrator: R. D. *Dominicus de Mistura.*

	Dom.	Anim.
In <i>Magdalena</i>	58	290
In <i>Campo Inferiori</i>	14	70
	<hr/>	
	72	360.

PAROCHIA DANILENSIS slav. DANILO

sub Invocatione S. Danielis Prophetae.

Adnexa mensae Conv. S. Laurentii Seb. — Haec Parochia instituta fuit ann. 1858 ab Epis. *Petro Domno Maupas*. Antiquitus erat divisa in tres Paroecias nempe: *Orižja*, *Birnum* et *Kosović*.

Parochus: R. P. *Stanislaus Gjirlić*.

	Dom.	Anim.	D.	K.
In matre: <i>Danilo-Kraljice</i> ubi Eccl. paroch.	69	562		
In filial. <i>Danilo-Biranj</i> ubi Eccl. S. Georgii et Capella S. Petri	44	264	5.55	
„ <i>Slivno</i> ubi Eccl. S. Joannis Bapt.	54	360	5.55	
„ <i>Perković</i> sive <i>Mravnica</i>	19	105	6.50	
	<hr/>	<hr/>		
	186	1291		

PAROCHIA VERPOGLIENSIS slav. VRHPOLJE

sub invocatione B. Mariae V. in Coelum Assumptae.

Erecta ab Epis. *Hieronymo Saorgniano* die 8 Decem. 1568 lib. coll. — Eccl. paroch. quae distat a domo Curatoris spat. circit. 2 kil. fuit consecrata ab Epis. *Bonačić* die 20 Junii 1762. Extant filial. Eccl. sub invocat. *S. Antonii Patav.* et *S. Joan. Bapt.* necnon apud domum parochialem Capella sub invocatione *S. Francisci a Paula* extracta anno 1885.

Parochus: R. D. *Joannes Mirić*.

	Dom.	Anim.	D.	K.
In matre <i>Vrhpolje</i>	70	488		
In filial. <i>Podine (Podlážja)</i>	20	114	6.—	
	<hr/>	<hr/>		
	90	602		

CAPELLANIA EXPOSITA CASTRI-ANDREIS
slav. JADRTOVAC

sub invocatione S. Margaritae V. M.

Extant etiam Capella Beneficii S. Laurentii in Morinje ubi adest
Coemeterium.

Capellanus Expositus: R. D. *Joachinus Petrus Meluda.*

	Dom.	Anim.
Extat in matre <i>Castrum-Andreis</i>	29	159
In filial. <i>Grebastizza</i> (olim <i>Grebac</i>) cum Eccl. <i>B. M. V. in Coelum Assump.</i> quae ann. 1298 erat Paroecia, et ann. 1360 erat Vicariatus foraneus. Tempore irruptionis Turcarum sub- jecta fuit Crappano. Tandem ann. 1878 <i>Ca-</i> <i>stro Andreis</i> fuit adnexa. Habet.	44	327
	<hr/>	<hr/>
	73	486

PAROCHIA CRAPPANENSIS slav. KRAPANJ

sub invocatione Inventiones Sanctae Crucis.

Erecta ann. 1580 loco Paroeciae *Grebac*; et ann. 1652 adnexa
Mensae FF. MM. Observatium Prov. S. *Hieronymi.*

Parochus: R. P. *Lucianus Letić.*

	Dom.	Anim.	D. K.
In matre <i>Crappano</i>	147	930	
In filial. <i>Biligrīb</i>	6	26	1.85
" <i>Zaton Širokovale</i>	2	7	5.55
" <i>Zaboričje</i>	4	22	3.60
	<hr/>	<hr/>	
	159	985	
<hr/>			
Num. total. Anim. in II, Decan.		9178	

III. DECANATUS

erectus ann. 1877 ab Ill.mo ac R.mo D. D.

ANTONIO JOSEPH FOSCO actuali Episcopo.

PAROCHIA DECANALIS THINNIENSIS

vulgo KNIN

sub invocatione S. Antonii Patavini.

*quae habet sub sua jurisdictione tres Paroecias et unam
Exposituram.*

Olim ab ann. 1050 usque ad 1688 erat Dioecesis Episcopalis. — Die 30 Sept. ann. 1688 ab Epis. *Joanne Dominico Callegari* adnexa fuit Dioecesi Sebenic. — Mosquita Turcarum fuit dicata *Divo Hieronymo*. — Paroecia ann. 1701 fuit adnexa Mensae Conventus Thinn. Minor. Obser. et habet Libr. Canon. ab ann. 1688 — Eccl. paroch. ad *S. Antonium Pat.* ter reaedificata fuit, et extractio actualis, incepta die 23 Sept. 1860, perfecta fuit die 6 Decembris 1863, sed nondum est consecrata.

Parochus: Adm. R. P. *Joannes Barbić* Decanus.

R. D. *Joseph Matković* sacerdos saecularis pensione donatus.

		Dom.	Anim.	D. K.
In matre	<i>Knin</i> ubi Eccl. par.	138	905	
In filial.	<i>Kovačić</i>	19	125	7
"	<i>Kapitul</i> ubi erat Mensa Capituli	5	35	7
"	<i>Ljnbač</i>	6	51	9
	In campo Kosovo:			
"	<i>Biskupija</i> ubi erat Mensa Episc.	15	132	13
"	<i>Podkonje</i>	18	140	3
"	<i>Zvirinac</i> ubi Eccl. S. Annae.	10	49	12
		<hr/>	<hr/>	<hr/>
		211	1437	

CAPELLANIA EXPOSITA VERPOGLIENSIS

slav. VRHPOLJE

sub invocatione S. Jacobi Maj. Ap.

Haec Capellania est subjecta Parocho Thinn. qui jus habet in festo S. Patroni Sacrum solemne facere. Habet libr. Can. ab ann. 1802. Capellanus Expositus: R. P. *Philippus Jukić*.

	Dom.	Anim.	D. K.
Localitates: <i>Verpolje</i>	100	512	3
" <i>Oton</i>	2	14	12
" <i>Polaća</i> inf.	2	25	10
" <i>Golubić</i>	25	83	5
" <i>Kninsko-polje</i> ubi Eccl. S. Jac. Ap.	50	274	1
	<hr/>		
	179	908	

PAROCHIA CHIEVENENSIS vulg. KIEVO

sub invocatione S. Michaelis Archangeli.

Ante annum 1830 adnexa Dioecesi Spalat. ab eaque avulsa nunc subjacet Dioec. Seben. Adnexa Mensae Conv. Thinn. habet libr. canon. ab anno 1726. Extat etiam Capella S. Catharinae V. M. Parochus: R. P. *Hieronymus Anić*.

	Dom.	Anim.	D. K.
Localitates: <i>Kievo</i>	200	1206	5.5
" <i>Podglavaš</i>	13	60	4.
" <i>Uništa</i>	20	100	10.
" <i>Polaća</i> sup.	3	15	4.
	<hr/>		
	236	1381	

PAROCHIA PROMONENSIS vulg. PROMINA

sub invocatione S. Michaelis Archangeli.

Adnexa Conv. Visovatii. Quatuor in hac Paroec. extant Ecclesiae; quarum unaquaeque subjectas habet peculiare localitates. — Domus Parochi sita in medio Paroeciae. Libri Canon. ab ann. 1696.

Parochus: R. P. *Petrus Ramljak*.

Cooperator: R. P. *Alexander Ramljak*.

Dom. Anim. Dist. K.

Localitates: Oklaj-Luka ubi Eccl. par. S.				
<i>Mich. Arch.</i> non consecr. quae ann. 1690 fuit reaedificata, et ab Epis. <i>Venantio Felice Scot-</i> <i>ti</i> ann. 1787 erecta in paroc. .	101	544	1	
" <i>Čitluk</i> ubi Domus Parochi et Capella <i>S. Rochi</i>	70	429		
" <i>Suknovci</i>	23	125	2	
" <i>Ijbotić</i>	68	284	3	
" Lukar ubi Eccl. <i>Nativ. B. M.</i> <i>V.</i> quae usque ad ann. 1787 erat parochia, et reaedificata fuit an. 1791 expensis et opera fidelium et praesertim familiae Kardum de Grahovo	63	376	5	60
" Razvodje ubi Eccl. <i>Omn. SS.</i>	98	539	5	1½
" <i>Vučipolje</i>	22	115	2	
" <i>Matase sup.</i>	21	130	7	
" <i>Matase inf.</i>	14	85	6	1½
" <i>Marasovine</i>	7	35	5	
" <i>Skenderovci</i>	10	46	2	
" Mratovo ubi Eccl. <i>S. Martini</i> quae an. 1412 jam extabat, et expensis Gubernii anno 1840 fuit reaedificata	79	339	1	1½
" <i>Bogetić</i>	65	372	4	
" <i>Nečven</i>	15	503	2	
" <i>Puljani</i>	79	503	2	
" <i>Selne</i>	12	91	3	
	747	4516		

 Num. total. Anim. in III. Decan.

8242



IV. DECANATUS DERNISENSIS.

PAROECIA DECANALIS DERNISENSIS vulg. DRNIŠ

Vetus Eccl. parochialis sub invocatione S. Joannis Baptistae,

nova vero sub titulo B. Mariae V. de Rosario,

quae solemniter benedicta fuit die 9 Maji ann. 1886

ab actuali Episcopo ANTONIO JOSEPH FOSCO.

Sub sua jurisdictione habet sex paroecias.

